

PANDECTÆ JUSTINIANÆ,

IN NOVUM ORDINEM DIGESTÆ:

CUM LEGIBUS CODICIS, ET NOVELLIS,
quæ Jus Pandeclarum confirmant, explicant, aut abrogant.

Præfixus est INDEX Titulorum & Divisionum omnium,
quo totius Operis specimen quoddam & quasi materiarum
Appendix exhibetur :

*Subiecta quoque TABULA, quæ nominatim Leges omnes cum suis Paragraphis
& Versiculis ordini DIGESTORVM restituuntur.*

TOMUS PRIMUS,

*Continens orationem de laudibus celeberrimi viri R. J. POTHIER,
Prolegomena seu Praefationem, & viginti-duos priores Libros.*

NOVA EDITIO,

Priori corratiō & in quā Prætermissa & Supplenda in suis locis restituuntur.



LUGDUNI,

Sumptibus BERNUSET ET SOCIORUM.

CUM PRIVILEGIO REGIS, ET APPROBATIONE.
M. DCC. LXXXII.



DE LAUDIBUS ANTECESSORIS DOCTRINÆ ET MORIBUS PRÆSTANTISSIMI ORATIO.

Habita Aurelia, die 20 Novembris ann. 1772.



D à majoribus quasi per manus redditum, R. M., C. A., &c. ac ipsa instituti nostri ratione præscriptum accipimus, ut, cum in Doctoris demortui locum alios sufficiendus est, is delegatur qui moribus & doctrinâ ceteris antecellucrit. His tauris signari eos oportet, qui Juris publicè docendi munus obire ac sustinere meditantur. Abiectis alijs omnibus curis, toto pectori incumbunt ad hanc palmam amulis præcipiendam. Quocirca intelligere vos opinor, paucos de multis qui doctrinâ & moribus excellerant, ad summum gradum pervenisse. At et his unum nostra setas tulit, quem omnes inclyse hujus civitatis ordines singulique cives, paucis ante mensibus inevitabilis humanae conditionis necessitate ademptum, fummo mortore prosequantur. Et hic contestum omnium animis occurrit egregius ille Academiae nostrae Antecessor, magister meus, ROBERTUS-JOSEPHUS POTIER; de cuius præstantia jure nos gloriari posse, grati animi erga illum ac pietatis officio impulsi, mibique acerbissimum & maximè iudicium omni depositens, ipsa veritate arbitrâ, demonstrare aggrediō.

Atque, ut ad res deveniam, hoc utrumque affirmo: eum doctrinâ quâ Jurisprudentia alumnus viam munivit expeditissimam ad legum cognitionem: morum integritate quâ effinxit & quasi oculis subjecit legum fundationes, longè ceteris præstabilitate. Si quid à me orationis inepiā lapso, ex amplissimâ illâ & ubertim laudum segete prætermissem, aut jejunius multò atque exilius quam pro dicendi materia, percursum fierit, non vero ne tam cari capitis desiderium minuillie videar, ciam apud eos dicturus sum, qui nota sibi omnia mentibus suis taciti suscipient. De cogitatione persequeatus. Adelle animis, Adolescentes studiorum; ea sunt ejusmodi quæ maximè vos

ad plenioram doctrinam labore consequendam excitare, vestrisque motibus informandis prodeſſe, debant.

PARS PRIMA.

C UM ex hoc loco, non molis abhinc annis, verba facerem, ostendi ardentissimum illud, quod apud Gallos tandem viguerat, Jurisprudentiae studium, multum defebuisse; & a perverſa conuivendi usque scribendi consuetudine, que nostris præfertim temporibus ingraueſcere coepit, repetendam esse tanti mali causam (a). Jam illa depravatio adolescentium animos & severioribus disciplinis ad fatigia torserat, cum eximius ille vir de quo nunc agimus, latissim litteris diligenter excultus, universæ Philosophias præceptis ambutus, arque etiam in Theologæ studio exercitatus, ad Jurisprudentiam animum appulit, ad quam ipse per se naturali quodam impetu fercebat. In hac civitate homines eruditissimi Ius civile docebant. Iis dedit operam; sed nunc legum explanationes subtilissimus questionibus, à tironum caput usque forent longissime remotis, referre, ac multas inter se paginantes sententias in medium adducere, præcipua laus habebatur. Quibus auditis, prius se admiratione obstupefactum, deinde multò, quam dictum, incertorem fuisse, de eâ se mecum agens, ingenue fassus est.

Nolite querere, AUDITORES, quid ei animi fuerit. Accurso supra setatem judicii acuminis prædictus, sensi laborum gradus fieri opouere, ut ad cuiuslibet artis summam prouocamus: optimam hanc esse Juris præcipue docendi diligendæ rationem. Evidem, quoniam in domum scolarum, ita & rerum quacum tam ardua tamque

(a) In matrone habuit die 21 Novembris, ann. 1762.
Tom. I.

item docuerunt. Hi denique, quorum propria infinitus est numerus, latiflma ex cogitaverunt commentaria, doctis & intelligensibus utilissimis; sed eorum nolle obruerat. Quis in legum studio nondum versatus arque exercitatus leget haec? An ei non alius qui, maris in littore sedens, singulas undas numero amplecti conabatur, in illis pervelvendis omnem teret atatem, ut inde omnia que quandoque incidentur negotiorum cognitionem hauriat (a)?

Quiccum ita sint, vir summus, ad quem jam redditio, pace tantorum incipitrum dixerim, hic illa tandem erat causa opere renatis Romana Juriisprudentia debebat, pristinumque decus ac splendorum recipere. De Pandectis in ordinem digerendis cogitaverat; sed nimis sibi diffidens, ac fortè existimans id confici non posse, quod Vigilio, Jurisconsulto inter Germanos celeberrimo, ex animi sententia minime faciebat, consilium, quod iam ad acceptum conatumque perduxerat, mutatis videbatur, cum eam e collegis in Presidiis consiliu, ingenuo, litterarum cultu, multijugâ eruditione, ac praeterum legum scientia clara, in eius locum postea cooptatos Ius Gallicum in hac Cathedrâ vocuit (b), eum enixa rogavit atque obrestatas est, ut impensis operis tibi spectare aliquod exhiberet. Eius petitioni concessit homo singulari morum facilitate praeditus. Tum ille mirari, laudare, illestrissimo viro, tunc tempore Gallicum Cancellario, rem nunciare, Academias foroque utilissimam. Hic dignitate Magistrorum, doctissimâ Jurisconsultorum princeps, qui de Auctore multa, famâ & auditione, accepérat, humanissimâ epistolâ cum ad se vocavit, ut lectum de cā re sermonem haberet. Landibus, consilis, monitis, cohortationibus egregium ejus coepit promovit (c). Non potuit auctor detectare provinciam ab illo sibi impositam, cuius imperia tam venerari debebat quam amplecti. His auspiciis alacrior & annosior factus, omnem tibi subficio compamivit doctrinam & diligentiam, omnes vites ac nervos intendit, Herenueunque exantavit laborem, ut opus perficeret. Ac tandem è podo in lucem prodierunt tot expirantes PANDECTE JUSTINIANAE IN NOVUM ORDINEM DIGESTA (d), in quibus conscientis maximum, non juventutis modo, sed etiam maturæ aetatis sue partem, consumperat.

Agite, AUD. librum hunc, nunquam de studiorum manibus deponendum, mente & cogitatione percutamus. Videate ut servari titulorum serie, atque illico legum textu, in trahendo cuiusque tituli arguento, consula oscitatione Tribonianii ac permitta inter se discernit, & in ordinem adducit: ut universum rem tribuit in

(a) Vid. Diction Epill, de ratione docendi discoursus Juris.

(b) Cf. Amans, Michel Prieur de la Justice.

(c) Haec probante Epulus Illud Gallicum Cancellarii D. D. Desquelles, ad Auctorem serius: dieb. 16 Febr. 1 Septemb. anni 1742; & Jan. 1742; 25 Augusti, 1742; 20 Junii, 1742; 3 Martii, 1742; 3 Decemb. 1744; 10 Jan. 1745; 10 Aprili, 1745

partes, & quae infinita propè ac immensabilia videbantur, in certa paucissimaque genera cogit: ut ejus opere, fragmenta ex veterum Prodigiorum scriptis avulsa, quantumvis mutata & lacera, principis suis firmissimo nexu coherent, & alia ex aliis, omnia vero inter se apta colligataque, dilecte ostendunt que quibus positis iuri consequentia: ac denique ut adiecta brevibus notis, quas à Cujacio, suorum duce & adjutore laborum, mutata ex parte mutatis est, mendosa & interpolata corrigit, compunit dissidia, latencia explicat, obscura & ambigua interpretabit, expliqueret. Jam, quod maxime letandum nobis est, prolixis & verbosis commentariis non sit ill' opus: despiciuntur duecentum commentaria & futileque argutiae quoq' ingenii aciem obtundebant magis quam exacutabant: erroris & infirmitatis noches faguntur ac depelluntur, clarissima lux in tenebris oborta undique resulget. Laudent autem Almalphitanum civitatem in qua veteranum Pandectarum codicem levitatem fecerit: nostra, ob Pandectas in ordinem digestas, majoris apud posteros nominis celebritatem conferuerunt.

At, inquit fortasse aliquis, tuus ex doctis Liptiensibus in Praefatione opere affixa, & in Titulo de origine Juris, multa qua maiuscula eruditionem, bellum ampliorum & acutum criticum lapidant; debitamque in opere ipso, tanto cum labore perficiendo, cuam desiderat (e).

Non nullum his communovor. Omittam hanc Praefationem, quam tam accerbè tamque asperè exigit & infectat, partum alienum esse a Pandectarum Auctore adoptatum, novumque illum Auctarcham, dum plurima confidenter reprehendit, incurvare in justum aliorum representationem: hoc unum subiectum, peripsam eum sibi *hunc vulgaris eruditio* laudet arrogasse. Ecque enim magna & exquisita eritudo est, scire, regias leges in libro *Sextu Papirii* an in libro *Sexto Papirii* fusile conceptas: quod legatos à Graecis civitatis leges petutros populus Romanus in Graeciam miserit: Senatusconsultum Macedonianum nomen sumperit à Macedone quodam nefario filiosamias, ut normili tradunt: an ab improbo foeneratore, ut alii arbitrantur? Quid procedit legum interpretibus de eiusmodi trias inter se, tanquam pro artis & foci, digladiari: conjectaram alia conjectura, quod clayum clayo, ejicere: Juris histriam toties decantatam, aliaque à pluribus scripta, paucis commentatis verbis, ac ne communitatis quidem, describere: & ut verbo totam rem compiebar, personam induere Plautini illius cocci, qui se introiunni aciebat, ut, quod alius condiverat eosus, alio pacio condiret? Quid tandem juvat ac legum cognitionem putidas renovare altercationes ex

quoq' mecum Zusaniusque ostenduntur sublissimus & omni luce cunctas vir D. d'Orléans de Villechaise,

(d) Paris, apud Jaegger, Deshay & Saillant; necesse Comiti apud L. Triller, anno 1742, & vol. in fol.

(e) Vid. Ad. Rudin, Lipp. 200. ann. 1712, n. 12; pag. 425 & 426, item ann. 1735, n. 13, pag. 425 & 426.



P R A E F A T I O S E U P R O L E G O M E N A I N P A N D E C T A S J U S T I N I A N E A S.

Quisquis Juris Civilis scientiam appetit, quam semel ex repetita Institutionum Justinianarum lectione assiduaque earum meditatione primis artis hujus rudimentis fuctit imbutus, ad Pandectas Justinianicas accedat necesse est. Sunt enim illae, Collectio disputationum omniaque decisionum Juris Civilis, quae ex veterum Jurisconsultorum libris exceptae, iussu Justiniani in unum volumen redactae sunt ut vim legis habent. Unde hinc operi Pandectarum seu Digestorum nomen imposuit idem Imperator: PANDECTARUM, quia (ut ipse ait in Proem. de Confirm. Digest. s. 1.) OMNES DISPUTATIONES ET DECISIONES IN SE HABENT LEGITIMAS; vocabulo ducto numerum à duabus verbis Gracis τὰς αρχαῖς, que significant *omne* *contineere*. DIGESTORUM autem appellatione ex eo est quod haec Justiniani collectio in certum librorum ac Titularum ordinem digesta sit.

Universum ergo Civilis Romanorum sapientiae systema in Pandectis continetur. Cujus studio cum priuium sit cognoscere ex quibus potissimum fontibus effluerit, & quā partibus fierit coadunatum; de his statim in primā nostrā Praefationis parte breviter differendum venit. Secundam partem occupabit series Jurisconsultorum ex quorum libris Pandectae Justinianae confitata sunt, aut quorum sententiae ibi referuntur; exponemusque variam eorum sententiam & īdolem. Tertia pars docet quo tempore & quā ratione confessae sunt Pandectae Justinianae; quae fuerit illarum auctoritas, quae diversa sita: &c., ut verum fateremur, quae in iis irreprobant vitia. Hęc etenim nobis menteū indiderunt, novam excogitandi rationem quā opus illud, alias excellētissimum, meliore formā reūtitum luci redderentur. Totus ergo laboris nostri finem & methodum ī calce hujus posticamē partis exponemus.

P R I M A P A R S.

DE VARIIS JURIS CIVILIS ROMANORUM FONTIBUS SEU PARTIBUS.

QUATUOR potissimum füre apud Romanos totius Juris Civilis fontes: scilicet 1^o. Scripta Leges, & tunc veteres quam novae: 2^o. Ex Legibus antiquis natae Legis Actiones & Interpretatio: 3^o. Praetorum aliquorumque Magistratum Edicta: 4^o. Jurisprudentia que ex disputatione fori, Prudentumque responsis constat.

Tome I.